NICETAS REMESIANENSIS. ORIGENES
3. Viertel 12. Jh. Seite 102v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



rat. uelut si diceret. caritas que perfecta est. omnia partit. omnia spe
rat. omnia tolerat. caritas numquam cadit. Si ergo et possessio ac do
mus sanctorum numquam cadit. numquam auferetur. numquam ab eorum
iure separatur. quomodo enim separari a sacerdotibus domus potest que
edificata est super fundamentum apostolorum et prophetarum in qua est ipse an
gularis lapis xpc ihc. quod aut possit aliquando domus ista dis
trahi. hoc est huiusmodi edificatio incidere peccatum. Audi apostolus
paulus quomodo de talibus dicit. Ut sapiens architectus fundamen
tum inquit posui. alius super edificat. unus quisque autem uideat quo
modo super edificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter
id quod positum est quod est xpc ihc. Si quis autem super fundamentum
hoc edificat aurum et argentum. lapides preciosos. ligna. fenum.
stipulam. Vides ergo quia potest super fundamentum xpi edificare lig
na fenum stipula. hoc est opera peccati. que qui edificat sine dubio
uendidit domum suam emptori pessimo diabolo. a quo unus
quisque peccantium peccati sui precium consequitur satisfactionem desi
derii sui. Hoc si forte incurrerit aliquis quod absit. cito redi
mat. cito reparet dum tempus est reparandi. dum penitentie locus
est. deprecantes in commune. ne eterne domus habitatione fraudemur.
Si digni habeamur recipi in eterna tabernacula. per xpm dnm nrm.
cui est gloria et imperium. in secula seculorum. De benedictionibus Levit
in agonibus corporalibus gradus quidam et differentie singulorum
quorum que obseruari ordinem solent. ut pro qualitate certami
num premio remuneretur unus quisque uictorie. uerbi gratia si inter
pueros quis habeat agonem. si inter iuuenes. si inter uiros. que per sin
gulos ordines obseruatio haberi debeat. quid fieri liceat. quid ue
ro liceat. et que certaminis regula custodiri. quid etiam pro hec remu
nerationis mereatur palma uincentis. ipsis nichilominus ago
nicis legibus cautum est. ita et nunc omnes dns obseruande legis sue